

Philosophia Leoni XIII. P. M. triumphum ornat

Autor(en): **Commer, Ernestus**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Jahrbuch für Philosophie und spekulative Theologie**

Band (Jahr): **2 (1888)**

PDF erstellt am: **12.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-762141>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.



PHILOSOPHIA LEONI XIII. P. M.
TRIUMPHUM ORNAT.

—♦♦♦—

Alis super iuga alta montium vehor
Linquens amoena rura iam
Urbes et oppida ac volans ad sidera:
Sed altius desidero.
Ab incolis iam commoror terrae procul
Tempusque metor ambitus.
Rerum peracta reddo volvens principes
Mundi dies in pectore,
Cum conderet vis summa de nilo Dei
Simul peramplum orbem bene.

Alis reversis in solum patrum redux
Humana rimari volo.
Gestas notavi res ab ortu abscondito;
Erroris atque criminum
Olim pavor cor stravit heu mi maximus:
Periculum perfert homo.
Stupore miro sistor in via tamen
In monte magnam urbem videns,
Quae post acerba ridet hos dies novos:
Cantat triumphat iam chorus.

O sempiterna Roma, novi condita
Vices ab urbe sanguinem
Fratrum trucem; sed dico victores meos,
Quos ipsa mater edidi.
O alma bis victrix, ter imo tu potens,
Legem dedisti gentibus,
Cui pontus atque terra paret. Sed nites
En temporis caput novi:
Mandata praeses regibus dedit tuus,
Quo sospite ipsa tu reges.
Lustris volutis sed paratur lis gravis,
Discors enim perit fides.
Quousque tandem sors atrox durabit haec?
Jam fletui finis datur:
Sponte ad parentem filius redit sua,
Christum sequetur gaudio.
Caesar salutatur ipse, plaudit Pontifex,
Quos reguli colunt senes.

Agros soluto ver adit duro gelu,
Princepsque regnat pacis hic
Grataque voce me excitat somno gravi,
Demptis catenis quas tuli.
Adsum paternam sic vigil vovens fidem,
Gentes docebo iussa nunc
Bonumque vates fida praesagit mihi
Pacisque nuntium fero:
Numen Leonis praevallet feliciter,
Io triumphe Pontifex.

Ernestus Commer.